

Quattordicesima parte

Documento n° 8

Fondazione della Curazia di Trodena Truden Trento, 10 marzo 1315

Il vescovo di Trento Enrico di Metz, sentite le richieste della popolazione di Trodena, Pieve di Fiemme, per avere un sacerdote residente a motivo della distanza dalla chiesa pievana, e sentito il parere di Giovanni, pievano di Fiemme¹, acconsente purché il sacerdote presentato sia obbediente al pievano².

Sintesi

Il vescovo Enrico dichiara di aver ricevuto dai fedeli di Trodena, Pieve di Fiemme, una richiesta per avere un sacerdote residente, dato che distavano più di dieci miglia dalla sede della Pieve a Cavalese (in effetti 13 km). Infatti durante la stagione invernale, quando le strade erano impercorribili, i bambini rischiavano di morire senza aver ricevuto il battesimo ed i defunti dovevano essere seppelliti senza cerimonia religiosa. Pertanto i fedeli di Trodena supplicavano di poter avere un loro sacerdote, onde evitare simili pericoli e simili scandali.

Il vescovo, informatosi se le motivazioni addotte erano vere, sentito il pievano di Fiemme Giovanni, che da parte sua acconsentiva purché il sacerdote nominato a reggere la cappella dei Santi Biagio e Sigismondo fosse soggetto al pievano, ritenendo giusta la supplica presentata, accolse la richiesta, apponendo al documento il proprio sigillo di conferma.

Trento, Castello del Buonconsiglio, 15 marzo 1315, indizione tredicesima.

Presenti: Pietro, abate di San Lorenzo vicino a Trento, Bongiovanni di Bologna, Perencino di Brescia, Nicolò di Cremona e Valengo di Mantova, tutti canonici della Chiesa di Trento, e molti altri.

Io Pietro del fu Nicolò di Valbona, Diocesi di Trento, notaio per autorità imperiale, fu presente e su ordine del signor vescovo ho scritto apponendo il mio segno di tabellionato [Segno di Tabellionato; Sigillo Pendente]

Nota

La Curazia di Trodena fu la prima ad essere fondata nell'ambito dell'antica e vasta Pieve di Fiemme. Seguì poco dopo, dall'altra parte della valle, la Curazia di Moena nel 1334, il cui documento di fondazione sarà pubblicato il prossimo mese. Ed ancora nel Trecento venne fondata la Curazia di Predazzo (1382).

Nel Cinquecento vennero fondate le Curazie di Tesero (1545) e di Capriana con Valfloriana (1580); nel Seicento Castello (1639) e Anterivo (prima del 1670); nel Settecento Varena con Daiano (1702, poi separatesi nel 1768), Panchià (1707), Carano (1723).

1 È citato come "Giovanni pievano di Fiemme" nei *Documenti del Capitolo della cattedrale di Trento. Regesti 1147-1303*, a cura di Emanuele Curzel, Trento, Società di Studi Trentini di Scienze Storiche, 2000, doc. n° 770, p. 412, Trento 12 gennaio 1302. Forse è lo stesso citato come "Giovanni vicepievano di Fiemme" nella revisione dei quartieri della Comunità, AMCF, *Pergamene*, 1, Cavalese, 9 marzo 1315.

2 Originale in Archivio parrocchiale di Trodena; edizione parziale in Franz Huter, *Archivberichte aus Altrei und Truden*, "Veröffentlichungen des Museums Ferdinandeum", 8 (1928), pp. 136-137.

Trascrizione³

Frater Heinricus, Dei et apostolice sedis gracia episcopus Tridentinus, dilectis filiis et fidelibus nostris hominibus utriusque sexus ville Trodene vallis Flemarum viventibus, tam presentibus quam futuris, nostre Tridentine Diocesis, salutem in Domino sempiternam.

Iustus petencium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere.

Sane peticio pro parte dictorum hominum nobis exhibita continebat quod ipsi homines et mulieres dicte ville Trodene non poterant de facili comodo ad parochialem ecclesiam venire propter discursus viarum, que est ultra decem miliaria vel circa eundo et redeundo, et maxime tempore iemali propter nimiam frigiditatem et altitudinem nivium, quapropter multi pueri masculi et femine moriuntur sepe in via sine baptismo causa dicte frigiditatis et vie longitudinis, ac etiam homines et mulieres sine sacramentis ecclesiasticis decedunt ab hoc seculo propter defectum sacerdotum, qui comode et subito ad ipsos non posunt transire nec ire ex causis et periculis supradictis et aliis quam pluribus.

Quare a nobis humiliter supplicarunt dicti homines et mulieres dicte ville Trodene ut, paterna diligencia, curarem animas ipsorum hominum de salubre et oportuno remedio providere, tamquam pater animarum suarum, quod haberent unum sacerdotem in dicta villa Trodene, qui faceret residenciam causa evitandi omnia supradicta pericula et scandala.

Visis et auditis diligenter iustis postulacionibus ipsorum hominum, fecimus dominum presbiterum Iohanem plebanum dicte vallis Flemarum et quamplures alias personas fidedignas coram nobis citari, et ipsum dominum, ceterisque aliis personis cum ipso plebano, suo sacramento diligenter postulavimus, per iuramentum quam fecerant, utrum premissa coram nobis proposita per dictos homines ville Trodene esent vera. Responderunt omnes, ipse dominus plebanus ceterisque aliis personis, quod omnia ab ipsis hominibus dicte ville Trodene coram ipso domino episcopo proposita erant vera per sacramentum quam fecerant.

Qui dominus episcopus, sua benignitate, dictum dominum presbiterum Iohannem plebanum postulavit si suus assensus ad hoc accederet quod dicti homines ville Trodene in capella Sanctorum Blasii episcopi et Sigismundi conf(essoris) dicte ville haberent unum presbiterum qui perpetuis temporibus faceret residenciam causa celebrandi divina; respondit dictus dominus plebanus quod sic, multum libenter, dummodo ecclesie parochiali sibi suisque successoribus esset obediens.

Nos igitur, hiis omnibus sic peractis, volentes omnia pericula animarum supradictorum hominum suorumque successorum oviare et saluti providere, vobis omnibus hominibus supradictis dicte ville Trodene, tam presentibus quam futuris, auctoritate nostra ordinaria qua fungimur presentencium tenore licenciam et facultatem liberam concedimus perpetuis temporibus duraturam quod presbiterum inveniatis idoneum et sufficientem et ipsum plebano vestro presenti vel successoribus suis, qui erunt pro tempore, tamquam a patrono apresentetis, cui curam animarum vestrarum committat seu committant; quod si distulerint vel recusaverint dictam curam animarum dare seu committere, coram nobis dictum sacerdotem nostrisque successoribus seu vicariis nostris in spiritualibus curetis ipsum sacerdotem seu sacerdotes presentare, cui vel quorum benigne dictam curam animarum erit commissa, prout ius est, mandantes dictis sacerdotibus cui vel quorum cura erit animarum commissa, tam presentibus quam futuris, quod sint obediens dictis plebano et ecclesie parochiali, in quantum posunt et de iure debent, iuxta formam iuris canonici.

Ut autem premissis omnibus maioris firmit(atis) robor accedat, presentes fieri fecimus et sigil-

³ La trascrizione è quella effettuata a suo tempo dal dott. Emanuele Curzel, recatosi con me all'Archivio parrocchiale di Trodena nel 2004, ad esaminare e fotografare il documento, con l'autorizzazione e la presenza dell'allora signor parroco.

Italo Giordani – Via Ischia, 2/C I – 38030 Panchià ☎ 0462*813724

italo.giordani@storiadifiemme.it

italo.giordani@gmail.com

www.storiadifiemme.it

li nostri apensione muniri.

Actum et datum Tridenti, in episcopali castro nostro Boni Consilii, nativitatis dominice anno millesimo trecentesimo quintodecimo, die decimo menssis marcii, indictione tertiadecima, presentibus discretis viris dominis Petro abbate Sancti Laurencii prope Tridentum, Boniohane de Bonomia, Perencino de Brixia, Nicolao de Cremona et Valengo de Mantua, omnibus canonicis ecclesie Tridentine, et aliis multibus adhibitibus ad premissa.

Ego Petrus condam Nicolay de Valle Bona, Diocesis Trident(ti), imperiali auctoritate notarius, premissis omnibus presens fui, ea que dicti domini episcopi mandato scripssi signoque meo consueto aposui. (ST) (SP)